



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

I Premittit inten[i]onem collectoris cum materia tractanda.  
tractandorumq[ue] numero. distinctione [et] ordine

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

# Capitulum

¶ Incipit tractatus dubiorum ac difficultatum circa officium missæ et ea que ad debitam eiusdem celebratōnem exiguntur frequentius occurrentium iuxta sacrorum canonum constitutiōnes. probatorumque doctorum. firmiores atque tutiores sententias. resolutorius

¶ Capitulum primum de intentione collectoris et materia tractanda. tractandorumque numero. distinctione atque ordine duos continens articulos

Arti. i.

¶ Premittens prefationem. intentum tractandaque exponentem

## Prefatio

Officium quanto maius et dignius est tanto cum maiori cura sollicitudine atque diligentia exercendum est. Grauius enim quis delinquit si exequendo circa hoc negligentiam defectum vel errorem aliquem admiserit. Inter omnia autem officia humane facultati commissa non est aliquid maius dignius aut difficilius quam debita missarum celebratio. in qua sacramentum corporis et sanguinis iesu christi redemptoris nostri consecratur. immolatur et sumitur. Sacro canone attestante. Non modica inquit res est unam missam facere. et valde felix est qui unam digne celebrare potest. Restat igitur ut nusquam grauiori periculo peccetur quam si in executione huius dignissimi officii negligentia vel error committatur. Ea propter ut sacerdotes simplices qui noticiam canonum non habent. neque se faciliem recursum ad superiores suos aut ad viros doctos habere possint. melius cauere valeant ne circa maximum istud mysterium deficiant vel errant. Et ubi aliquid horum contigerit debitis remediis emendare sciant. valde utile atque necessarium fore iudicauimus. ut circa hec oportuna eis tradatur instructio. Quod ut lucidius fiat circa singula que ad debitam missæ celebratōnem exiguntur dubia frequentius occurrentia mouebuntur. Et quorum resolutionibus congrua ipsius defectibus et erroribus remedia atque caute poterunt adhiberi.

Arti. ij.

¶ Nunc distinetōem et ordinem tractandorum per dubij solutionem prenotans.

Ad prenoticiam tractandorum permittitur hoc dubium.

Quot et que ad debitam ac ordinatam dignissimi sacramenti eucharistie et missæ celebratōem requirantur.

Dubiū

- |      |  |
|------|--|
| I    | Minister siue sacerdos ad celebrandum idoneus  |
| ij   | Locus celebrandi conueniens  |
| iiij | Tempus celebrandi congruum   |
| iiij | Materialia ad ornatum vel congruentiam celebratōnis oportuna. ut vestes et cetera huiusmodi. |
| v    | Ceremonie in dicendis et agendis sue.  |
| vi   | Materialia ad consecrandum apta. scilicet licet panis et vinum.                              |

Solutio  
 Quis solutio est  
 Sunt noue generalia ad que omnia necessaria reduci possunt

## Secundum

vij Forma psecratōnis vtriusq; debita  
vii Noticia intentionis ac rationis eorū  
que in missa dicuntur.  
ix Intelligentia rōnis z significatōnis  
eorū que in missa z circa eam aguntur.

¶ Circa hec q̄ dubia ac difficultates sepi<sup>9</sup> obuiēt sacerdotib; missas ce-  
lebraturis aut celebrantib; p nouem sequentia capitula elucidabit.

¶ Capitulū scdm de dubijs occurrētib; circa ministrz siue  
psonā ad celebrandū idoneam quinq; includens articulos

¶ Sex dubia resoluens circa ministrum celebraturum ratione ordinis **Arti. i.**  
et officij sui exequutionis occurrentia.

**I** Quis sit minister idoneus ad celebrandum z conficiendum si-  
ue consecrandum corpus z sanguinem christi

**Sol.** Solus sacerdos rite ordinatus.

**ij** Utrum ille qui credit se esse rite ordinatum. z tamen non est rite  
ordinatus conficiat hoc sacramentum.

**Sol.** De hoc nō habetur certitudo. pie tamen credi potest q̄ cōficiat  
virtute ecclesie. z q̄ summus sacerdos suppleat defectum. z q̄ nō  
permittat periculum imminere ecclesie sue z eam decipi

**ij** Quid agendum sit si quis post inceptam missam habeat consci- **Dubiu**  
entiam q̄ non sit sacerdos rite ordinatus.

**Sol.** Si hoc contingat ante consecratōnem. tunc dimittat missam in-  
pfectam. aut conscientia deponat. Si post psecratōnem pcedat z  
postea superiorē suum accedat z casum sibi exponat.

**iiij** Utr; heretic<sup>9</sup>. scismatic<sup>9</sup>. degradat<sup>9</sup>. irregular<sup>9</sup>. infamis. excoic<sup>9</sup>  
vel suspensus possit pficere h̄ sacramentū z ordinate celebrare.

**Sol.** Quilibet istoz potest pficere. sed nō debet. quia conficiendo pec-  
cat. Et ita nullus ipsorum potest ordinate celebrare

**v** Quid agendum sit si quis post missam inceptam recordetur se  
esse excoimunicatum de quo prius non habuit memoriā.

**Sol.** Si ptingat hoc añ psecratōem tutius est vt missam deserat nisi  
timeat graue scandalū. Si p̄o post psecratōem assumat ppositū  
humili petendi absolutōem z satisfaciendi. z pcedat in missa

**vi** Quid agendum sit si quis post missam inceptam habeat remor-  
sum de irregularitate.

**Sol.** Si fiat añ psecratōem tutius est q̄ missam deserat. Si post con-  
secratōem doleat z pponat atq; conet̄ facere qd̄ in se ē z pcedat.

¶ Resoluit sex dubia q̄ incidunt circa dispōem corporis ipsius ministri. **Arti. ij.**  
**I** Utrum sacerdos mutus vel loquela priuatus possit consecrare  
seu conficere hoc sacramentum

**Sol.** Non oportet em̄ pficentē habere facultatē sermonis siue loq̄le  
quā si amiserit post susceptū ordinē pficere nō p̄t. eo q̄ non possit  
verba consecratōnis z alia proferenda vel dicenda dicere

**ij** Utr; habens aliquē aliū defectū in corpe possit missam celebrare